



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

184. An sufficiat, si in celebratione Missæ adsit Cruis vel Imago Crusifici in tabula, vel pariete? Et an num sit peccatum mortale, sed ad summum veniale celebrare sine imagine Cruis, vel Crucifixi, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Atque de SS.Euc.Sacr.Res.CLXXXIII.&c. 107

nam etiam dicendum est Laicum non peccare venialiter, si tangeret Cupam Calicis à parte exteriori; cum militet eadem ratio, quæ in Patena. Itaque absolvit non est recedendum ab affirmativa sententia, quæ, ut dixi, communis est inter Theologos, & præcipue in Schola Societatis. Et quidem si Laici, tangendo Corporalia, & Vasa sacra, nèque peccarent venialiter; ad quid deseruirent Priuilegia tot Pontificis concessa Sacrifici Regularem, vt possint illa tangere? Vide, præter Doctores citatos, Marchantum in Tribun. Sacr. tractat. 2. part. 2. tit. 4. quest. 2. dub. 6.

RESOL. CLXXXIII.

An licet vasa, vestes, ligna, aliage cultui diuino dæcata in profanos vsus conuertere, dummodo non maneat in eadem forma? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Ref. 76.

S. 1. **O**lim de hac re magna mihi quæstio fuit cum quadam Religiosa, qui negatiuam sententiam mordiebat, nixus auctoritate cap. ligna, dist. 1. vbi habet quod ligna Ecclesia diruta non debent ad alios vsus destinari, nisi ad aliam Ecclesiam, vel ad profectum Monasterii, quem profectum explicat ibi glossa, ut deseruant in Capitulo, dormitorio, &c. vide etiam cap. Altaris, eadem dist. & Azorium parti. 1. lib. 9. cap. 9. quef. 7.

2. Sed ego non auderem de peccato mortali damnate eum, qui mutata forma dictarum rerum illas in vsus profanos conuerteret, & ita hanc sententiam docet Castr. Palauis tom. 2. tract. 8. dispu. 1. punct. 6. num. 2. 5. vbi sic ait. Si benedictio, vel consecratio deperatur alicui, videri potest licitum esse rem, quæ benedicta & consecrata fuit, profanis vsibus deseruire posse. Quis enim negabit ex calice confracto vas aliquod profanum configi posse, & ex veste aliqua sacerdotali iam rupta, aliquam prophanam componi posse, alia est obligatio hæc omnia perdendi; nam cum cultui diuino deferire non possint, restat ut omnino consumantur, quod videtur durum. Praeterea nulla videtur rebus sacris irreverentia fieri ex eo quod eatum materia profanis vsibus aptetur, siquidem numquam est verum dicere res factas profanis vsibus aptari. Item destructa, v.g. forma Calicis, iam calix ille amissi consecrationem, & consequenter iam non est facer. ergo est profanus. ergo poterit vsibus profanis deferire. Quid enim ex præterita consecratione in illa materia remanet, ob quod prohibeatur vsui communis materiam illam aptare, siquidem communis est; propter hæc censeo probabile, sceluso scandalo, nullum, vel leuissimum peccatum in hac applicatione interuenire. Ita Palauis, qui etiam respondet ad textus supracitatos pro negativa sententia, nam loquuntur de rebus in eamdem formam manentibus, ac fuerint applicatae, de illis enim est verum dicere, quæ semel consecrata sunt, non debent ad laicorum vsus reuerti. Non nego tamen ex decentia conuenire ut ea, quæ vsibus sacris dicata sunt, etiam mutata forma in vsus profanos, minime conuersti debere, quod nego probabiliter est, ita facientem peccare mortaliter.

RESOL. CLXXIV.

An sufficiat, si in celebratione Missa adsit Crux, vel imago Crucifixi in tabula, vel pariete? Et an non sit peccatum mortale, sed ad summum venia-

le celebrare sine imagine Crucis, vel Crucifixi, si commode haberi possint?

Et an si cingulum frangatur, ut neutra pars per se possit deferire, etiam si nodo partes nectantur, eger noua benedictione, & secus verò, si antequam omnino dividatur, reficiatur, vel exhibito nodo firmetur, tunc adhuc est unum cingulum?

Idem est dicendum, quando altera pars sola est sufficiens.

Et docetur ex duplicita Stola, vel Casula, seu Planeta, posse fieri duas; quia plures possunt simul una benedictione benedicari, & etiam si separantur, possint retinere suam figuram.

Et an quod vestes Sacerdotales sunt tales, ut funiculis connectantur, etiam si dissoluantur, non amittant benedictionem; sicut diximus de Calice, & Cappa, quando pes est amorphus, coeleague nequitur. Ex p. 10. tract. 15. & Misc. 5. Ref. 28.

S. 1. **N**egatiuē responderet Gauantus in Rubrica Missalis part. 1. tract. 10. littera D. sed nonnullè affirmatiuam sententiam docuit Pater Tamburinus opus. de Sacram. Miss. lib. 1. cap. 5. tit. 6. n. 2. vbi sic ait: Olim inter curiosos Rubricarum contentio fuit, an obseruetur Rubrica, quæ Crucem in Altari dum sit Sacrum expostulat, si ad sit Crucis, vel Crucifixi effigies depicta in tabula vel pariete? Satis obseruari Rubricam affirmabant aliqui, quia iam adest Crux; Negabant alii, quia preter illam Iconem depictam ad parietem, requirebant iuxta Rubricam aliam crucem super Altare inter candelabra, & ob oculos Sacerdotis tum ad orandum, tum ad incensandum.

2. Dico vtrosque sensisse probabiliter, sed à me contra Gauantum audiri libertius affirmantes. Neque enim eiusmodi requisita adhiberi debent, sub ritu Metaphysico, sed morali, & humano. Quis autem moraliter amplius Crucem requirat, si Crucem habeat in prospectu (licet non inter Candelabra) ad quam, & orare, & incensare, & qualibet circa illam officia exhibere possit? Ita Tamburinus, cui ego liberter adhaereo, & in eius fauorem adduco etiam P. Trimarchum, & Agrifolium Ordinis Minimorum, quos citat, & sequitur Francisc. de Nigro ad Carem. Ruiz p. 3. presup. 3. n. 2. vbi sic assertit: Quæres, vtrū in Altari, cuius Icon est ipsam Crucifixi figura, collotanda etiam sit alia Crux inter ipsa Candelabra, Respondet affirmatiuē Gauantus loc. cit. vers. Quaritur præterea. Negat autem P. Trimarchi, qui ad orandum, & Crucem incensandum satis est imago illa crucifixi in tabula depicta: Et in hoc Collegio Iesu Mariae in Altari Crucifixi nunquam ad celebrandum ponitur alia Crux, & tamen adsunt viri doctissimi, & cœremoniarum vsus studiosissimi, & etiam tenet P. Agrifolius. Hæc ille, vnde puto sententiam Tamburini esse probabilissimam.

3. Nota tamen hic obiter non esse peccatum Sup. hoc si morale sed ad summu[m] veniale celebrate sine im- præ in fine
gagine Crucis, vel Crucifixi, si commode haberi pos- s. 2. Ref. 15. sent, ita contra nonnullos, quos citat Fagundez p. 1. lib. 3. cap. 22. n. 32. docet me citato Leandrus de Sa- cram. tom. 2. tract. 8. dispu. 7. 9. 23.

4. Nota etiam hic obiter me discedere ab opinione quam docui cum aliis in p. 2. tract. 15. refol. 4. &c. quam non improbabilem putauit Tamburinus opus. de Sacram. Miss. l. 1. cap. 3. §. 3. n. 4. Dico igitur quod si cingulum frangatur, ut neutra pars per se possit deferire etiam si nodo partes nectantur, eger noua benedictione, secus verò, si antequam omnino dividatur, reficiatur, vel exhibito nodo firmetur, tunc enim adhuc est unum cingulum. Ideam iudicium est,

Dicitur in Ref. que hic est supra
Ref. 168. & in Ref. 167.
§. Nota ter-
tio. & in Re-
fol. 169. &
170. §. 2. ad lin. 4.

108. Tract. I. De Celebrat. Missarum,

quando altera pars sola est sufficiens. Illud autem mihi placet, quod docet idem Sā verb. *Missa*, n. 11. ex duplicita Stola, vel Casula seu Planeta posse fieri duas, quia plures possunt simul vna benedictione benedicis, & etiam si separantur, possunt restringere suam figuram.

5. Illud etiam mihi non displiceret, quod obiter dicit Bonacina *diss. 4. quest. vlt. punc. 9.* quando vestes tales sunt, ut funiculis connectantur etiam si dissolvantur, non amittere benedictionem, imo testatur Bonacina ita seruari. Vnde si pluviale, vel casula habeat partes sic ex intentione diuisas, ut funiculis annecti & dissolvi possint, ut ea ratione commodius asserventur, placent, &c. non videntur amittere consecrationem sicut diximus de calice, & eupyram quando pes est amovibilis, cochleaque ne sit. Et his etiam adhaeret Dicastill. de *Sacr. tom. 1. tractat. 5.* *diss. 4. dub. 10. num. 210. & 211.*

RESOL. CLXXXV.

An in precepto Pij V. non addendi aliquid in Missa praece prescripta, detur parvitas materia?
Idem est de omissione illarum rerum, que in Officio Missa dicende, & recitanda ordinantur, in Missali.
Vnde excusat a mortali Sacerdos, qui omisit recitare Graduale post Epistolam. Ex p. 5. tr. 5. Res. 63.

Sop. hoc supra ex Ref. 95. Ioge doct. 25. & infra Ref. 194.

§. 1. **A**ffirmatiū respondet cum Hurtado *diss. 4. de sacrificio Missae*, *diss. 12.* vbi sic ait. Conuenient Doctores addere aliquid ex suo, quod non ordinatur in Missali, esse peccatum, qui prohibuit Pius V. in Bulla *præfixa* in initio Missalis Romanī iussu ipsius impressi, quod non est mortale, quando patua aliqua Oratio additur ex deuotione, & non recitat alia voce coram populo. Ita ille.

2. Qui etiam putat idem dicendum, ut supra visum quoque est, *resol. 45.* in omissione illarum rerum, que in officio Missa dicenda & recitanda ordinantur in Missali. Vnde Franciscus Sylvius in *3. p. D. Thom. 9. 83. art. 6.* Observa celebrantem teneri ad omnia, quæ prescribuntur in Missali, ita ut nihil possit addere, aut omittire, ne Sacerdotes alii quæ debitis horis, neve ritus alios, aut alias ceremonias & preces in Missarum celebratione adhibeant, ait Concilium Tridentinum *sess. 22.* & Pius V. in Missali strictè præcepit, ut Missam iuxta ritum, modum, & normam que in eo traditur, decantent ac legant. Non dubitamus tamen quin aliter facientes aliquando peccent solum venialiter, cum enim leuitas materia soleat alias à mortali excusare, non est ratio cur in presenti non excusat. Ita Sylvius. Vnde ego in facti contingenti excusat à peccato mortali Sacerdotem, qui omisit recitare graduale post Epistolam. Vide supra in *resol. 45.*

RESOL. CLXXXVI.

An in omissione aliquarum rerum, que dicuntur, vel aguntur in Missa, detur parvitas materia?
Et an peccet mortaliter omittens Gloria, vel Credo, vel commemorationem aliquam?
Et quid de omittente in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali, que interponuntur in Communicantes, aut in actionem? Hanc igitur oblationem, &c.
Et an si paulo post quis recordetur, non debeat repetere, quia mortaliter non contingit hac fieri sine aliqua interturbatione, & incommoditate?
*Et notatur, quod non sit nisi veniale, & quandoque nullum peccatum ceremonias aliquas que inter principales non adnumerantur, fuit esse a templo prætermittente, v. g. omittere Crucem aliquam, manum elevationem, pectoris confusione, &c. Vide etiam Ioannem de Lugo de *Satran. Encl. disput. 20. sess. 4. num. 107.* qui, me citato, fuit non peccare mortaliter Sacerdotem celebrantem solemniter, qui Epistolam, vel Euangelium, quod à Missa disto cantatur, non legit, & hoc ex leuitate materia, eo quod tunc non omittatur Epistola, vel Euangelium in Missa, si quidem cantatur solemniter à Ministerio istis ad quos spectat; illa autem lectio, que omittitur, videatur esse magis priuata, non tam pro populo quam pro ipso Sacerdote. Porro ergo eadem materia, quæ est gravis, si omnino omittatur, esse levata, si non ab utroque, sed ab uno solo cantetur, vel legatur.*

RESOL.

lum peccatum ceremonias aliquas, quæ inter principales non annumerantur sine contemptu preservare, v. g. omittere Crucem aliquam, manum elevationem, pectoris confusione, &c. Et an peccet mortaliter Sacerdos celebrans solemniter, qui Epistolam, vel Euangelium, quod à Missa cantatur, non legit? Ex part. 5. tr. 5. Res. 45.

§. 1. **A**d hoc dubium ita responderet Nugus in *3. p. 3. part. 9. 83. artic. 4. dub. 2. concil. 2.* vbi sic ait: Ex parvitate materia aliquando erit solitus peccatum veniale aliquid istorum omittentes; pater, qui religio est virtus moralis habens materialiter gratias & materiam leuem, & res certissima est, quod non dicere vnum Kyrie eleison, est leuis materia, ergo tantum erit peccatum veniale illud omittere; quod autem sit gravis, vel quæ leuis materia, iudicet vel prudentius & timorata conscientie iudicandum est, & cum haec res secundum se sit grauissima, semper est timendum, & nihil ex electione omittendum est præcipue in Canone, vbi facilis efficiunt peccatum mortale aliquid omittere. Mihi res gravis videatur in intentione non velle nominare aliquem Sanctum finis eorum, qui ibi ponuntur. Ita Nugus, nimis quietem scrupulosus.

2. Vnde ego in recitatione etiam facit Canonio putato parvitatem materiae, & ideouisum Celestinus in compend. *Theol. moral. tract. 3. c. 1. p. 10.* ita supponit. Quæres an peccet mortaliter omittentes voluntarii *Credo*, vel *Gloria* in *exclita?* Respondeo quod non. *Filiarius tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 1. 5.* idem putat de omittente in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea que interponuntur in communicantes, aut in Actione: Hinc igitur oblationem, &c. Ita Cœlestinus, quod ego autem docueram in *parr. 2. tract. 1. 4. resol. 59.* & deinde nouissimè, me citato, Franciscus de Nigro ad *Ruiz. part. 2. regul. 6. q. 1.* & etiam, me citato, *status de sacra Eucar. lib. 2. q. 266.* Et tandem hunc tenet Marchantius in *q. 9. regular. de Sacram. tract. cap. 5. quest. 4. fol. mibi 586.* vbi sic ait: Quo modo quas ceremonias omittere inter celebrandom, vel addere, semper sit peccatum mortale? Respondeo primò, in his etiam excusat possit rationaliter causam, vel leuitatem materiae, e.g. omittere *Credo*, vel *Gloria*, vel commemorationem aliquam, factum excusat a mortali, quia non sunt partes simpliciter necessariae ad Missam, nec quid notable ad intentionem Missæ spectans consistunt. Nec si paulo post quis recordetur, debet repetere, quia mortaliter non contingit id fieri sine aliqua interturbatione & incommoditate. Similiter dic non esse nisi veniale, quandoque nullum peccatum ceremonias aliquas que inter principales non adnumerantur, fuit esse a templo prætermittente, v. g. omittere Crucem aliquam, manum elevationem, pectoris confusione, &c. Vide etiam Ioannem de Lugo de *Satran. Encl. disput. 20. sess. 4. num. 107.* qui, me citato, fuit non peccare mortaliter Sacerdotem celebrantem solemniter, qui Epistolam, vel Euangelium, quod à Missa disto cantatur, non legit, & hoc ex leuitate materia, eo quod tunc non omittatur Epistola, vel Euangelium in Missa, si quidem cantatur solemniter à Ministerio istis ad quos spectat; illa autem lectio, que omittitur, videatur esse magis priuata, non tam pro populo quam pro ipso Sacerdote. Porro ergo eadem materia, quæ est gravis, si omnino omittatur, esse levata, si non ab utroque, sed ab uno solo cantetur, vel legatur.